

i Euseb. in A/aſon-Tha- mar. Vide nov. edit. S. Hier. Urbem hanc Eusebius medium collocat inter Hebron & Jeruſalem, quod Ezechielis loco planè repugnat.

Neque pariter in definiendo Jerosolymę situm cum vulgaribus Tabulis convenientius; est enim meridionalior quā plerunque constitutatur; ut ex dimensionibus ductis ē Jamnia, Samaria, Ptolemaide, & Jericho intelligimus. Ad hāc narrant Itinerantes, venientes sī ē Jericho & Jordane Jeruſalem viam ita tenuisse, ut trium horarum spatio secundūm mare Mortuum, aliquantō tamen ab illo distantes, iter haberent (k). Addē pariter ē Jericho in Bethlehem venientes, Jeruſalem vel ejus urbis vicinas repetere [l]. Non est ergo Urbs adē Septemtrionalis, ut plerunque constituitur, si cum mari Mortuo conseratur.

Meridionaliores etiam constitutae sunt Geth, Berfabee, Gerara, Maon, Arad, & aliae nonnullæ. Legimus 1. Par. 7. 21. antequam ex Agypto digredierentur Israēlita, Ephraimitas in ulteriora regionis Geṭhæ penetrantes, pellere inde veteres incolas tentasse, sed frustra; referre enim pedem non sine suorum cāde coacti sunt. Non ergo multū aberat regio Geth ab altera regione Gessen, loco Israēlitis in sedem definitam. Ad hāc, Siceleg Urbs erat Regi Achis subiecta (m); hāc autem in plaga maxime Meridionali Iuda constituta erat. Geth & Accaron duæ habebant Urbes in extremis finibus regionis Philistæ, hāc ad septentrionem, Geth verò ad meridiem. Jacob ergo Geth ultra Gazam, quam scilicet Urbe Geographi nostrarēs constituerunt, veluti ditionis Philistina ad Agyptum postremam. Tandem S. Hieronymus Geth Urbs est finitima ditioni Iuda in via Eleuteropoli Gazam (n). Sed meridionaliorem planè demonstrat Textus 1. Par. 1. 7. 21. ubi de bello Ephraimitarum in Agypto adhuc versantur adversus Geṭhœos. Non longè abfuisse oportet à Meteg, de qua 2. Reg. 8. 10. sive à Melca vel Meteg statione Israelitarum in deserto in vicinis Geth & Aſmon, ut legimus Num. 33. 28. Porrò Metca confundenda est facile cum Meteg; quo modo conciliantur Textus Regum & Paralipomenon; in uno enim legimus David cōp̄p̄s̄ Geth & Filias ejus; in altero verò Meteg & matrem; nempe Meteg & Geth.

Extremam oram meridionalem Palæstine te- nebat Berfabee, quemadmodum Dan Septen- trionalem. Viginti millibus passuum ab Hebron meridiem versus constituant Eusebius & S. Hieronymus, quos sane loci præ- dio Romanorum insignis situm ignorasse vix

credimus. Aequā intervalli ab Hebron di- stantia, & ad eandem plagam spectabatur Arad, non longè proinde à Berfabee po- sita.

Nota erat Abrahāmi ætate Gerara (o), o Gen. 20. 1. Urbs in Arabia Petraea [p], inter Cades & Sur, limites Chanaea Agyptum ver- sūs unā cum Gaza designans (q). Virgin- q Gen. 10. 19.

ri quinque millibus passuum ab Eleuteropoli ad meridiem constituant Eusebius & S.

Hieronymus. Ne dubitans quidem autumo,

eadem esse Urbem cum Gera Strabonis

(r), juxta montem Casum, & Urbem

Strab. 1. 16. sive campum Chabriz; sed multo quā pag. 523.

par est proximiorem Pelusio ab illo collo-

cari censeo.

Locus & desertum Maon frequenter in Scriptura recurrunt; nec aliud eo nomi- ne designari censeo, quā Urbem Manis sive Meonis in vicinis Gazę, de qua Euse- bius. Campum Menavum, iuxta Verabinum sive Bersabee, legas in Codice Theodosiano, lege 30. Desertum Maon, sive Nabal, ubi sedes habebat suas Nabal vir Abigail, non longè abfuisse credendum est à Phara, cū David & Abigail, altera ē monte Carmelo in Arabia, alter ē Pharam moventes, post confectam aliquam viæ portionem infra Carmelum sibi invicem occurserint (s).

Maon ad meridiem situm erat Jesimon, vel Esemonē (t), ac proinde multū in-

tra Arabiam Petram. Hanc ipsam Uri-

bem Maon sive Meon Metropolis Mēo-

niorum constituit. Arad juxta Eusebiūm

spectabatur 20. mille passibus ab Hebron,

meridiem versus; & Horma sive Harma seu

Eremnon, apud eundem Authorēm, 16.

milliar. ab Eleuteropoli ad meridiem. Por-

rò locus erat non modicus, à Judæis fre-

quentatus ejusdem Scriptoris ætate. De

Carmelo major est disquisitio. Urbs Car-

meli 10. milliar. ad Orientem Hebron,

quā Romanorum præsidium tenebat, legi-

tur apud Eusebiūm. Eo loci greges habuisse

sūos credit Eusebius Nabal Carmelum; sed

vix hāc mihi persuadent; maluerimus,

enim tres montes Carmelos distinguere, al-

terum juxta Pharan & Maonim, ubi Na-

balis greges, & Saul triumphalem arcum,

perpetuum victoria sua in Amalec monu-

mentum, erexit; alium juxta Ptolemaidam

ad Mediterraneanum; tertium ad Occiden-

tem mari Mortui 10. mille passibus ab He-

bron; de quo facile postremo loco sermo

est Josue 15. 25. ubi Maon & Ziph jun-

gitur. Porrò alterius Urbs Ziph men-

titio occurrit in eodem capite ver. 24. jun-

giturque Asor, Cades, & Jeihnam. Est

etiam interdum Carmelus appellativum.

nomen.

Urbs Eleuteropolis, cuius frequenter nos in hac Lucubratione, & unde pariter Eu-

sebius ac S. Hieronymus mensuras ferē omniū meridionalium Urbium Judæa de-

duxerunt, sita erat ad meridiem Masphæ,

ad Occidentem Morashī & Odollam, ad

Septentrionem Ceila atque Hebron. In

Itinerario Antonini est 20. millibus passuum

à Jeruſalem, & 24. ab Ascalone (u).

Quantum ab Eleuteropoli distet Hebron,

nil exp̄s̄ Eusebius; sed ego 10. mil-

lia

lia passuum circiter constituerim; posuit ille Ceilam 8. milliar. ab Eleuteropoli Hebron versus. Itinerarium Burdegaleño spatiū constituit 30. milliar. inter Jeruſalem & Hebron; sicut & 9. milliar. inter Betfur, Urbem Eleuteropoli proximam, & Hebron. Non longè aberat amoenissimus ager Sephar, secundūm viam ē Gaza Jeruſalem, & vicissim. Per hanc vallem iter dirigere Jerosolymam constituerat Holophernes; per hanc Rex Antiochus Eupator exercitum suum in eam Urbem deduxerat; & cū inter eundum Urbem Betfuram offendisset, obsidione illam vallavit (x). Appellabatur via illa Idumæa. Idem

y. 2. Par. 14.
z. 2. Macchab.
z. 32. Et.

Nec ultra nos de locis, quorum situs aliter in nostris, aliter in vulgaribus Tabulis constitutus est. Cetera in Commen- tario supplebimus, expectantes interim ut doctus aliquis Geographus meliora tradat & exactiora, quā quæ nos vidimus in hoc argumento.

DISSERTATIO DE VERSIONE SEPTUAGINTA INTERPRETUM.

SI doctis tantummodo viris la- borare constituissemus, frustra nobis de hoc arguendo, tot crudelissimis virorum sapientissi- morum Commentarii excuso, tractandum iterum sufficeremus. Cum autem in eo sumus consilio, ut unum velut corpus tradamus disputationum, ad Prolegomena Scripturæ servien- tium, nunquam id nobis committendum censuimus, ne de Versione Septuaginta, celebratissimā illā semper in Ecclesia & peculiari S. Spiritus afflata, ut vetustis quibusdam Patribus creditum est, adorna- tā (a), argumentum relinqueretur in- tactum.

Plura in hoc arguendo commissi suc- currunt multis, quibus res totū parūm af- fertis circumstantis inferta est adē, ut omnia in medium adducere, & in unam velut methodum redigere, res fit omnium operosissima & plena difficultas. Sanior fuit in Genes. bon. 4. &c. Aug. de Epib. de Dotr. Chrif. l. 2. c. 15. & de confusu- Evangelij. l. 2. c. 66. b. Vide Iren. & Clem. Ale- xandr. loc. cit. Anatol. in Comput. Pa- profat. in Pff. & Corbarts. de Animal. fac. l. 2. c. 18. U- fer. Syntag. de Septuaginta. Interpr.

Nec minū de tempore adornatae Ver- sionis diffidit; ali enim constituent sub Ptolemaeo I. filio Lagi & patre Ptolemai Philadelphi (b); ali verò, qua communi- or est sententia, sub eodem Phila- delpho; ali tandem multo recentiorem suscipiantur (c), rati, Versionem hanc, qualem nostrā ætate habemus, adornatam circa ætatem Ptolemai Philometoris, sexi

post Ptolemaum Lagi, & quinti post Phi- ladelphum Regis.

Non desunt qui autumaverint, Versio- nem Septuagintam nomine nunc inscriptam, non genuinum esse opus, sed in odium Christianorum fraude Judæorum corruptum (d), vel forte Textum Hebreūm, qualis d. Salmeron. Proleg. 5. 6.

Tanto Judæorum Agyptiorum assensu exceptam hanc Versionem refert Philo de vita Mosis 1.2. ut ejus rei memoriam annuo festo instituto consecrarent. Spectare licet, at ille, singulis annis affluentem, non ex Judæis tantum, sed ex avariis pariter turbam in Insulam Pharon, obse- qui sui specimen exhibitram loco illi, ubi Versio Septuaginta primū paruit, & gratias pro accepto beneficio, veluti si sum primum exciperent, acturi. Postquam fa- ciat Religioni sua fatis est, plena gaudii & pietatis convivia intruant, ali sub ten- toriis in litora maris, ali sub dio, majori plane voluptate, quā si in Palatiis ma- gnificissimis celebrarent. Hæc Philo.

Sed hebraizantes Judæi ingratè adē Versionem illam acceperunt (e), ut jeju- nium in ejus rei deflationem instituerent die 8. Thebet, Decembri nostro responden- tis: tantus nimur infedit horror deau- dacia Hellenistarum, qui prophanis lite- ris Sacra Scripta tradere ausi fuerant. Fa- talem profectò Israelis fuisse diem hujus Versionis censent (f), perinde ac illam, qua vituli aurei, Jeroboami scelere, conse- crati sunt; & ad sacrilegi illius crimen

e Scalig. not. ad Chronic.

Euseb. ad A.

1734. pag.

134.

f In Massechet. Sopherim.

Ca-

ibid.

Celum triduanis tenebris exhoruisse. Judæorum nonnulli (g) narrant, missos Alexandriam, Interpretes, alii 72, malunt; S. Hilarus in Ps. 2, cui Baronius accedit, viros fuisse Principes & Synagogæ Doctores, nempe Sanhedrinos Patres afferuit. Joseph Gorionides l.3, c.2, testatur, Summum Sacerdotem, cuius filiet nomen, misse 70, Presbyteros, inter quos spectabatur Eleazarus, senex ille, tolerata in persecutione Antiochi Epiphanis morte celebratissimus.

Sunt qui credant, Versionem hanc è Chaldaeo expressam [b]; sunt qui ex Syriaco (i); sunt qui è Samaritan (k); sunt tandem qui ex Hebreo parum emendato. Alii variantia plura inter Septuaginta & Hebraum animadverterentes, suscipiantur, Interpretes illos invitatos ad suscipiendum Opus coactos, nihil satis exacti tradere voluisse. Alii vero id factum à Viris Sapientibus arbitrantur, quod indignum reputarent, prodere Religionis suæ mysteria, & Patrum suorum errata viris prophani. S. Hieronymus (l) parum aliquoq Septuaginta illis favens, ita de Versione illa constituit; Post Septuaginta nihil in sacris literis potest immutari vel praveri, quin eorum translatione omnis fraus & dolus patefacit. Hæc variae de Septuaginta Interpretibus sententia.

Quod igitur ordine aliquo procedamus, neque prescriptas transfiguriamur. Dissertationes metas, demonstrandum suscipimus nobis; 1. Versionem Septuaginta, qualis nostra aetate supereat, ipsissimam esse, quam Apostoli & Patres legerunt pariter & laudarunt; 2. Magnam ejus fuisse, & tune etiam esse, in Ecclesia autoritatem; 3. Historiam Septuaginta apud Aristotelem fabellam in multis saperem; 4. Facile ex Hebreo in Graecum Pentateuchi columnmodo Libros sub Ptolemaeo Philadelpho versos fuisse, ceteris variis deinde temporibus, & Scriptoribus translati; 5. Criticam hujus Versionis dabimus, sententias pariter ea de doctissimorum Criticorum referentes.

Quæ instituta est adversus Judæos, veluti Texiis Septuaginta corruptiores, accusatio, ex eo repetitur, quod loca nonnulla aliter olim in Graeco lesta credantur, quam quæ modò pareant. Ita illud Psal. 95. 10. Dicite in nationibus, quia Dominus regnavit à ligno, legi in Textu Septuaginta, totidem verbis afferit S. Justinus, sed dolo malo à Judæis subductum à ligno (m). Expunktum pariter dicit locum Esdræ; Et dixit Esdras ad populum: Hos Pascha Salvator noster est, & refugium nostrum. Cogitatus & ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare cum in signo, & post hac sperabimus in eo, ne deferatur hic locus in aeternum tempus (n). Addit insuper, eodem fallendi spiritu truncare in quibusdam Exemplaribus tentasse illud Jeremiæ: Ego quasi agnus, qui portatur ad victimam. Cogitaverunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem ejus, & eradamus ejus nomen de terra (o): sed detecto confilio integer locus servatus est.

m Justin. Dialog. cum P. Tryphon. n hunc locum facile tenuit Justinus è 4. Esdra apocrypho; nihil enim tale in duabus canonice Esdra legitur. Inde autem facile irrepsisse, potuit in 1. Esdr. 6. 19. 20. 21.

o Vide Jerem. 11. 19. Nihil alicujus momenti deest.

Tandem ex eodem Propheta subduciam sententiam illam afferit: Et commemoratus est Dominus Sanctus Israel mortuorum suorum, qui dormierunt in terra sepulctionis, & descendit ad eos evangeliare salutem, quæ est ab eo, ut salvare eos (p).

p Frustra hæc quæras in Libb. Canonicis. S. Irenæus interdum tanquam Isaia, sepius verò tanquam Jeremias laudat.

q De habit. mulier. l. i. c.

2. 3.

r Epist. ad Jul. Afric.

2. 3.

s An. M. 3865. ante Cbr. 139.

Id potius credimus ante Jesum Christum; sed ex multis ejus generis pauca desiderantur, plurima servantur intacta. Ex quo illud mihi jure censeo statundum, Textum Septuaginta nostra etatis ipsum planè esse, quem Judæi ante Jesum Christum servant, & ab illis Christiani traditum receperunt; quanquam nec insciari audem, menda occurrere interdum, & ordinis inversiones, sive incuria, sive audacia Amanuensium, sive longioris temporis vitio subrepentia.

Usserius [t], post S. Hieronymum, reputat priorem Versionem sub Philadelpho non nisi s. Mosiacos Libros retulisse, quibus cetera deinde Sacra Scripta quarto anno Philometri Physconis alionome Philometoris (*), translata, sub codem Septuaginta nomine, accesserint. Summo plausu à Judæis excepta Versio ista, in Bibliothecā instruclissima Alexandrina reposita fuit, ubi Origenis etiam aetate visebatur, qui plaus Origenes illam in suis Hexaplis inferuit, è regione alterius eodem Septuaginta nomine inscripta, quam communem & vulgarem idem appellat, quod minus licet correta, magis tamen vulgari usu excepta esset. Hæc Usserius.

Dabimus quidem Usserio, Legem Moysiacam Graecis literis traditam fuisse sub Philadelpho; sed vix illi assentimur, optimis probari documentis, novam quandam Versionem universæ Scripturae sub Evergete sive Philometore adornatam fuisse, sicut enim è de re Veteres. Vix etiam probaretur, ante Regnum Physconis Graecis literis traditum unum tantum Pentateuchum obtinuisse, & multò etiam egris demonstraret Usserius, Versiones in Hexaplio Origenis insertas, alias ab iis fuisse, quas sub Septuaginta nomine omnis etas agnovit, vel universas, vel ex parte tantum circa Philadelphi aetatem adorandas.

Quod verò authoritatem hujus Versionis demonstremus, nullum affiri potest efficacius argumentum, quoniam quod S. Hieronymus Epist. 10. ad Pamachium: Jure obtinuit in Ecclesiis, vel quis prima, & ante Christi adventum, vel quis ab Apostolis, in quibus tamè ab Hebreo non distat, usurpata. Veteres quidam, nec sanari, autemunt, afflante Spiritu S. scriptam; & usque ad Versionem Latinam S. Hieronymi sola regnavit in Ecclesiis; quemadmodum & Canonica habetur hodie, usque in Ecclesia Graeca. Quin & in Ecclesia Latina expressæ è Graeco Septuaginta Latinus Psalmorum Textus, authenticus in Concilio Tridentino declaratus est.

Insigni divina Providentia miraculo deputat S. Chrysostomus homil. 4. in Genes. barbarum Regem, à vera Religione alienum, veritatis & populi Dei adversarium (Philadelphum scilicet) id commisit, ut Graecam curaret Bibliorum Versionem, qua datâ viâ omnibus per orbem Gentibus ad veritatem pervenire prouum esset. Genera habet S. Augustinus (u): Libri, quos Gens Judæa ceteris populis, vel religione, vel inuidia prodere solebat, credituris per

Dominum Gentibus ministeri Regis Prolemai potestate tanè ante prouti sunt. Quæ deest auctoritatis huic Versioni, ait S. Hilarius (x), ante Jesu Christi adventum adornata, quo tempore nulla poterat creari afferentia erga eundem Christum inuidia; ejus Authoris nullæ accusari ignorauit, quod Doctores essent & Principes Synagogæ, Doctrina Mosaica vultu depositari? Non poterunt non probabiles esse arbitri interpretandi, qui certissimi & gravissimi esent authores dorendi.

Si quis conferat Veteris Testamenti sententias in Evangelio & Epistolis Pauli laudatas, cum Textu Septuaginta, congruere intelliget omnia. Hæc potissimum observata debemus. Origeni (y), & S. Hieronymo (z), duobus scilicet aetatis sue viris sapientissimis, idoneis, si quis altius, earum rerum judicibus; quippe qui non Græcum tantum, sed & Hebraicum calarent, ac Versionem cum Originali conferre per se possent. S. Matthæus, qui Hebraicæ, seu potius Syriacæ scripti, laudat non raro sententias V. T. ex Hebreo (a); verum S. Lucas, S. Joannes, & S. Paulus plerumque Textum Septuaginta præferunt; & S. Irenæus l.3. c.25. generatim obseruat: Apofolis consonant predita interpretationi, & interpretatio consonat Apolorum traditioni.

Addit autem vir idem Sanctus: Unus enim idemque Spiritus Dei, qui in Proprietate quidem praconavit, quis & qualis est ad adventus Domini in Senioribus autem interpretatus est bene, qua bene propterea fuerant; ipse & in Apostolis annunciat plenitudinem temporum adoptionis venisse. Confer autem adorna hujus Versionis à Septuaginta rationem cum illa, qua ab oīta in captivitate Scripturas Esdras repavit (b).

S. Clemens Alexandrinus Strom. l. i. & Theodoretus Præfat. in Ps. pari arguento paria adducent; ac Patres generatim omnes, sive Philonen fecuti, sive cum S. Iustino persuasi, Septuaginta Interpretates in cellulis seorsum scribentes ne verbo quidem inter se discrepasse, persuasum habent pariter, nonnisi S. Spiritu afflatis viros illos se contulisse ad scribendum, ut prodigioso illo consensu satis demonstratum arbitrantur.

S. Hilarius in Ps. 131. num. 24. in locis illis, in quibus Interpretates variant, semper ceteris preferenda esse censem, que apud Septuaginta; quippe quorum Versio & vetustissima esset, & Ecclesiarum usu probata. Neque enim sive illam abdicere, sive ab ea recedere integrum est nobis, addit (e); ejus enim Authoribus nec scientia debeat, nec authoritas, nec cetera tandem, quæ ad fidem conciliandam valent. S. Augustinus de Doctrin. Christ. l. 2. Septuaginta Interpretum, quod ad Veretus Testamentum attinet, excellit authoritas, qui jam per omnes peritiores Ecclesiastum tanta presentia Spiritus Sancti interpretari esse dicuntur, ut os unum totum nominum fuerit. Adit, tunc pariter divino instinctu inductos fuisse credi oportere, cum ab transgre-

x In Ps. 2. Vi- de, si libet, & Euseb. 1.8. Prepar. c. 1.

y In cap. 15. & ro. Epist. ad Rom. & in Joan. Vide & Cyril. Jer. sol. Catheeb. 4. z In quest. Hebr. in Ge- nes. & alibi.

a S. Hieronymum in Libro de Scri- ptoribus tan- quam certum statuit, S. Matthæum.

Hebraicæ. b Esd. 24. 19. 20. 21. Hanc tamen sententiam cum ve- ritate non co- hærente de- monstravimus in Dissertatione de hoc argumento, Libro Eisdæ præfixâ.

c Idem in Ps. 118. lit. 5. n. 13. Sed nos, sicut oportet, sequimur Se- ptuaginta In- terpretum re- ligiosam an- tiquam autho- ritatem. Vide & in Ps. 118. lit. 4. n. 6. Sed

neque nobis tantum per omnes peritiores Ecclesiastum tanta presentia Spiritus Sancti interpretari esse dicuntur, ut os unum totum nominum fuerit. Adit, tunc pariter divino instinctu inductos fuisse credi oportere, cum ab transgre-

s Joseph. cont. Apion. l. x. pag. 1037.

u De Doctrin. Christ. c. 15. & serm. 68. in Joannem.

id